a uulua errauerunt ab utero locuti sunt
falsa. Furor illis secundum similitudinem
serpentis sicut aspidis surde et obturan-
tis aures suas. Que non exaudiet uo-
cem incantantium et uenefici incan-
tantis sapienter. Deus conteret dentes
eorum in ore ipsorum molas leonum
confringet dominus. Ad nichilum deueni-
ent tamquam aqua decurrens intendit
arcum suum donec infirmentur. Sicut
cera que fluit auferentur supercecidit ig-
nis et non uiderunt solem. Priusquam
intelligerent spine uestre ramnum sicut
uiuentes sicut in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum uiderit uindictam
manus suas lauabit in sanguine pec-
catoris. Et dicet homo si utique est fruc-
tus iusto utique est deus iudicans eos in terra.
Eripe me de inimicis Ps.
meis deus meus et ab insurgentibus in